onibus Appellationibus earumque prosecutionibus Controversijs pre
scriptionibus suspensionibus Evasionibus fatalijs iuris, Ac dillationibus ge
neraliter universis de iure et consuetudine dari concedi et ad
mitti solitis renunciando Poena trium Marcarum et tricesimae pena va
dium et vadiatorum non evadendo, Omnibus denique iuris et facti
beneficijs se cum successoribus suis abdicando sive suorumque successorum
sub amissione totius cause, Nulla praescriptionum terminorum obstante

Civis Dinowien quietat Orzel

Coram officio et Actis praesentibus constituta personaliter Famata Ate
lizabet relicta olim Famati Gasparis de Dinoto Civis Dinowien
obmisso foro suo quoniam competens, Seque cum successoribus et bonis
suis omnibus huic Castri Premislien iurisdictioni quo ad hunc actum
incorporando sana mente et corpore exempta publice fassa est
Quia a Citationibus Concitationibus quibus ad iudicium terrestre Sanocen
rationem summe novem florenorum et grossorum duodecim debiti certi Nobi
lem Lucam Orzel citavit et concitavit, processibusque quibusvis
Iudiciarijs coram eodem iudicio terrestri Sanocen eidem respectu praeex
presse summe motis, obtentis, et in quocumque puncto et gra
du iuris dependentibus iam exnunc recedit, easdemque Citationes Con
citationes et totum processum Iudiciarium modo scripto emanatum cassat
mortificat annullat, sibi et suis posteris praemissa continu
ando perpetuum silentium imponendo, hac sua personali recogni
tione mediante Quod Memoriali firmatum est,

Actum in Castro Premislien feria ter
cia ante festum Circumcisionis Christi Domini proxima
31/XII. Anno Domini Millesimo quingentesimo septuagesimo septimo
coram eodem Surrogato et Actis

Pleteniczka obligat Rosczieiow
ski et consorti eius Dorothee

Coram officio et Actis praesentibus Castri Premislien personaliter compa
rens Nobilis Agnes Nobilis olim Joannis Pleteniczki relictam
bonorumque seu sortem in villa Nowossiczce in summis suis pecuniis
sibi a quovis homine tum a Nobili olim Felice Nowossiczki ma

rito suo priori quovis modo servientem et inscriptum Tenutrix mente et cor
pore sana existens libere et benivole, a tribus Iuribus et aetatibus suis qui
busvis propriis recedendo, Seque una cum bonis suis praedictis Iurisdictioni
praesentis Surrogatorie Castri Premislien in toto incorporando et subij
cien recognovit Quia bona Tenute sue seu sortem per eam in sum
mis pecuniis a quovis homine in villa praefata Nowossiczce tenta et inscri
ptam, una cum omnibus et singulis redditibus fructibus proventibus
Cmethonibus Censibus, Agris pratis et gutturatinem universis, ita uti
sola bona praeexpressa seu sortem in summis praedictis tenuit ha
buit et possidebat, Nobilibus Andree Rosczieiowski et Dorothee co
niugibus in summa quingentorum florenorum pecuniae monetae et numeri in Regno
usualis in florenis quemlibet per grossos triginta computando a festo
Nativitatis Christi proximo hinc ad decursum trium Annorum hoc est
ad simile festum Nativitatis Christi in Anno Domini quo scribetur Mil
lesimo quingentesimo Octuagesimo tenore modo obligatorie inscripsit
bonaque huiusmodi coniugibus praedictis tenendo obligavit, ita tamen quod praeno
minata Nobilis Agnes Pleteniczka cum suis successoribus post decur
sum triennij non plus summe, nisi insi florenorum quadringentos pro die et
festo Natalis Domini in Anno praedicto quo scribetur Anno Millesimo
quingentesimo Octuagesimo et hoc respectu arende et proventuum
Coniugum tam equivoce, vacarum, apum eisdem coniugibus certa intercisa ad te
nendum et utifruendum ad triennij praedicti decursum mutuo fact. et sigillis
suis propriis obsignat. datum et numeratum est, in quantum vero
praefata Nobilis Agnes Pleteniczka cum successoribus suis summam praedi
ctam iam defalcatam quadringentorum florenorum pecuniae post expirationem An
norum praedictorum trium hoc est pro festo Natalis Domini quo scri
betur Millesimo quingentesimo octuagesimo non solverit seu quovis modo
solvere neglexerit, ipso facto praedicti Nobilis Andreas Rosczie
iowski et Dorothea coniuges bona huiusmodi seu sorte in villa praefata
Nowossiczce in summa huiusmodi quadringentorum florenorum pecuniae
iam defalcata modo obligatorie ad festum Natalis Domini
proximum in Anno Domini Millesimo quingentesimo Octu
agesimo primo venturum et sic de Anno in Annum qu
nis se se continue et immediate sequendo usque ad plenariam